



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Laurent. Iustinian. S. Seuerinus Mon. S. Gudula Virgo. 8. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. B. Laurentius Iustinianus à puer-  
ro diuinioris sapientiæ amicus , ex  
ordine religioso ad Episcopatum per  
venit, dignus pastor frequenter dicti-  
tans: Eam demum esse veram sapien-  
tiā, scire Deum omnia esse, homi-  
nem nihil. Cumque ex illo dictami-  
ne vixisset obiit Anno 1410. cælo in-  
serendus.

2. S. Seuerinus Monachus ex orien-  
te ad Noricos Donubij accolas. per-  
ueniens Apostolico officio præmium  
par labori recepit. Miraculis clarus,  
obiit, & vt ipse SS. reliquias viuens  
honorauerat, honoratus est, corpore  
eius in Italiam Neapolimque deue-  
cto.

3. S Gudula V. Brabantina à B.  
Gertrude educata, sanctitatis gratiæ  
miraculorum gloriam adiunxit, obiit  
Anno 700. Corpus eius Bruxellæ exi-  
ma est in veneratione.

S. Laurent. Iustinian. s Seuerinus Mon.  
S. Gudula Virgo. 8. Jan.



### Mortificatio.

Genus Martyrij est Spiritu facta  
carnis mortificare. Bern.

Deus fidelium remunerator anima-  
rum, præsta, ut qui B. Laurentij Con-  
fessoris tui atque pontificis (B. Severi-  
ni Confessoris: B. Gudulæ Virg) vene-  
randam celebramus festiuitatem, pie-  
cibus indulgentiam consequamur.  
Per Dom. nostrum Iesum Chr. F. T.  
&c.

Ora pro Tentatis, &c;